

retur, universalem gratiæ suæ promissionem confirmavit. Ezech. 33. *Vivo ego dicit Dominus Deus: nolo mortem impij, sed ut convertatur & bibat.* (Quomodo enim morte impiorum delectetur, qui sit ipsa vita?) *Omnia peccata ejus quæ pe-*

Dei jus-
jurandū
pertinet
ad omnes
peccato-
res & im-
pios,

cabit, non imputabuntur ei. Quod si Deus peccatores conversi vult; dubitas te, qui peccator sis, à Deo ad conversionē quæri? Atque hoc jusjurandum exponens, Paulus 1. Tim. 1. ait: *Fidelis sermo: quod Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Quod si salvandorum peccatorum causa Christus in mundum venit, tu sane ex eorum numero es, propter quos venit. Præterea quod peccatorum memoriam deponere velit, idē ter pollicetur. Primum Esa. 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.* Secundo Jer. 31. *Et hoc erit pactum: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.* Tertio Ezech. 18. *Si impius egerit pœnitentiam, vita bibet, & non*

Cur Deus
peccato-
rum ob-
liviscatur.

moriatur. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est non recordabor. Causa vero, quare Deus peccatorum se non recordaturum promittit, est sufficientissi-

ma.